

beti ordinem interpretatio, cujus
litera capitalis D. nobis *Hierony-*

Finito libro sit laus et

Locum eum in Bibliotheca sacra
omnino mereri, fuisseque olim ho-
minis Itali κτημα censemus; ad
finem enim L. I. *Machab.* ita dia-
lecto Veneta scriptum habetur:
Qui se facziano due homini che gio-
streno. Neglexit tamen mandatum
Pictor.

XVII. VII B 4.

81 Codex membraneus lat. Sec.
XV. Folior. nunc 424. f. per
duas columnas probe exaratus,
Librorumque initiis deauratis,
picturisque, propter quae tamen
ab improbo homuncione exectio-
nem hinc inde passus est, conti-
net *Sacra Biblia ex interpretatio-*
ne vulgata U. T. cum *Prologis*
Hieronymianis. *Genesis*, *Exodus*
et *Leviticus* primo folio mulctan-
tur. Libri itidem *Josue*, *Judicum*
et *Ruth.* *Paralipomenon* I. libra-
rii errore inscriptus est *secundus.*
Ita et *Esdrae* III. ob praecedentem
Nebemiae Librum *secundus*
adpellatur. *Tobias*, *Judith*, *Est-*
her, *Job* integra sunt. Ad cal-
cem *Psalterii* legitur: *Expliciunt*
psalmi dauid uel spiritus almi. Se-
quuntur opuscula *Salomonis*, item
Sapientia, *Ecclesiasticus*, *Prophe-*
tae, et *Jeremias* quidem sine, *Bar-*
ruch initio mutilus. *Minores* con-
suetis *Summariis* instructi sunt. Li-
ber II. *Machab.* rursus sine, et
Matthaei Evangelium principio

num Monachi habitu objicit. Co-
dicem sic terminat Librarius:

gloria Christo.

caret. *Evangelia* excipiunt *Epi-*
stolae Paulinae cum suis *Argumen-*
tis, *Actus Apostolorum*, *Canonicae*
Jacobi, *Petri*, *Johannis*, *Judae.*
Job. I. c. 5. testimonio terrestri
haec verba desunt: *et hi tres unum*
sunt. *Apocalypsis* a medio C. 21.
deficit.

XVIII. VIII A 17

51 Codex membraneus lat. Sec. 5^a
XV. Folior. nunc 367. f. per
duas columnas caractere medio-
cri, crasso exaratus, literisque
initialibus pictis, exhibet *Biblia*
V. et N. T. ex interpretatione
vulgata a quodam, qui *Job. Hus-*
si placita sectabatur, ut videtur,
perscripta. *Fol.* I. p. 2. doce-
tur, quatenus S. Scripturae par-
tes per annum in divinis officiis
legantur hac rubrica: *Hij sunt li-*
bri autentici. et hij in diuinis offi-
ciis legendi. Singulis libris adscri-
bitur autor, idque sat confiden-
ter. Sequitur *monitum* ad lectorem
de notis criticis, quae compluri-
bus horum Bibliorum locis et ver-
bis adpositae sunt, quod incipit:
Quoniam super omnes scripturas
uerba sacri eloquii necesse est, ut
in fundamento veritatis firmiter in-
nitantur &c. *Monitum* excipiunt
VII. *Ticonii* vel *Tychonii* homi-
nis Afri *Donatistae Regulae* de
explicatione S. Scripturae totidem
hexametris inclusae, quae cum in

Monum. SS. PP. Orthodoxographis J. Jac. Grynæi, tum in Bibliothecis PP. impressae leguntur. His subjicitur: Capitula veteris testamenti sunt 967. noui vero 261. Totius biblie. 1226. Pentateuchum jam praecedunt Hieronymi Praefationes binae. Textus in Capita tantum diuisus est. In Josuam pariter praefatur Hieronymus, uti et in Libros Regum, quorum tertius hanc rubricam praefert: Incipit Malachim I. liber Regum tertius, et in Paralipomena, quae ob folium excisum a L. II. C. 33. v. 22. usque ad finem deficient, truncata simul Oratione Manassis solo tamen titulo et prima voce Domine. Librorum Esdrae haec est ratio. Primus Hier. Prologo gaudet. Secundus inscribitur: liber esdre secundum Neemiam. Tertius audit esdre secundus, utque nihilominus Libri quatuor conficiantur, Quartus usque ad C. III. in Capitula 5. diuisus tertium, atque inde usque ad finem librum quartum definit. Tobias et Judith Hieronymi prologos habent; deperiit vero posterior a C. V. verbis illis: Egressi vero mare rubrum &c. suoque fato Estherem integram, Jobumque usque ad C. XXI. v. 21. involvit. A C. XXIX. v. 6. Jobus rursus deficit; et simul Psalterium usque ad Ps. XLVIII. v. 12. Psalterio subnexa est brevis notitia de numero et autoribus Psalmorum, de instrumentis musicis &c. hac rubrica: Origo prophetie dauid regis psalmorum numero 150. simulque in margine inferiori adscriptus spu-

rius ille Psalmus: Pusillus eram inter fratres meos &c. de quo J. Alb. Fabricius Cod. Pseudep. V. T. p. 905. Proverbia integra ad sunt cum Hier. prologo. Idem praefatur in Ecclesiastem, qui tamen a C. VI. v. 2. deficit, uti et Ecclesiasticus, quem tantum a C. X. v. 5. exordimur. Subiuncta est illi Oratio Salomonis ex Reg. III. c. 8. et Paralip. II. c. 6. excerpta. Tum demum sequuntur Cantica Canticor. et Sapiencia, ad cujus calcem de numero, autoribus et tempore compositionis Psalmorum fat inexpectato differitur, hoc initio: In bebreo libro psalmorum citra numeri adiectionem descripti sunt omnes &c. Inexpectatius multo succedit Hermae Pastor duobus praeloquiis galeatus. Primum quidem sumtum est de Catalogo viror. illustr. Hieronymi; alterum sic sonat: Liber pastoris nuncii penitentiae Mandata ac similitudines eius. in quibus apparuit et loquutus est Herme. Cui eciam in prenuccio apparuit ecclesia in varijs figuris. Sunt ergo visiones ecclesie numero IIIIor. pastoris nuncij penitentiae visionum numerus quinque. Mandata ejusdem numero duodecim. Similitudines ipsius numero decem. Opus ipsum non in Libros III. uti J. B. Cotelerio, sed in XXVI. Capita nobis diuisum est, nonnihilque ab ejus editione Vol. I. PP. Apostolicor. Antverp. 1698. p. 75. f. hinc inde diffidet. Confer de Herma, si lubet, etiam J. Alb. Fabricii Cod. Apocr. N. T. p. 966. Ad calcem Pastoris notam hanc chronicam legis: Finitus an-

no domini M^o. CCCCXIII^o. Quo etiam anno fratres sunt prostrati. Codicem nostrum aetatem olim in *Bohemia* egisse, cum genealogica quaedam gentis lingua fol. 1. allita, tum *Johannes banta, nimburensis* anno domini 1588. fol. ult. subnotatus demonstrant. Itaque Librario nostro *Fratres* sunt *Taboritae Hussi* affeculae, qui hoc anno 29. Maji intra *Pragam* et *Caurzimum*, caeso utroque *Procopio*, internecone deleti fuere. Qua de re vide *Jac. Lenfant Hist. de la Guerre des Hussites. Amst. 1731. T. II. p. 19. 4.* Sed jam, quae reliqua sunt Codicis, videamus. *Prophetarum*, qui se ordine confueto excipiunt, pluribus plerumque *Prologis*, iisque partim *Hieronymianis*, instructi sunt, quorum initia damus. *Isaias: Nemo cum viderit &c.* *Jeremias I. Jeremias propheta, cui hic prologus &c.* *II. Jeremias Anathothites &c.* *Baruch: Liber iste, qui &c.* *Ezechiel: Ezechiel propheta cum iacobim &c.* *Daniel: Danielelem prophetam iuxta LXX. interpretes &c.* *Oseas I. Non idem ordo &c.* *II. Osee crebro nominat &c.* *III. Regule sunt hee sub quibus &c.* *IV. Temporibus Ozie et ioathan &c.* *Joel I. Sanctus Jobel apud hebreos &c.* *II. Jobel filius phatuel.* *Amos I. Ozias rex cum domini &c.* *II. Amos propheta et rusticus &c.* *III. Hic Amos propheta non fuit &c.* *Abdias I. Jacob patriarcha fratrem habuit &c.* *II. Hebrei hunc esse dicunt &c.* *III. Esau filius ysaac &c.* *Jonas I. Sanctum Jonam hebrei &c.* *II. Jonas columba et dolens &c.*

Micheas I. Temporibus Joathan et achaz &c. *II. Sermo dei qui semper &c.* *Naum I. Naum prophetam ante aduentum &c.* *II. Sciendum autem quod quoniam &c.* *III. Cum Jonas et Naum &c.* *IV. Zelator dominus in salutem &c.* *Habacuc I. Quatuor prophete &c.* *II. Abakuk amplexans &c.* *III. Comentatur Jeronimus &c.* *Sophonias: Tradunt hebrei &c.* *Aggaeus I. Jeremias propheta ob causam &c.* *II. Cum cyrus rex persarum &c.* *Zacharias I. Anno secundo darij &c.* *II. Cyrus rex persarum &c.* *III. Zacharias memor domini &c.* *Malachias I. Deus per moysen &c.* *II. Malachias qui interpretatur &c.* *III. Malachias interpretatur angelus &c.* *Libri II. Machabaeorum tres habent Prologos. Primi duo sunt epistolae Hrabani Mauri ad Regem Ludovicum et Geroldum sacri palatii archidiaconum ejus in hos Libros Commentariis praetextae, extantque in ejus Opp. editione T. IV. p. 380. Tertius incipit: Machabaeorum libri duo praenotantur &c.* Illico ab eorum fine legitur: *prologus. b. Jeronimi in ewangelia. Nouum opus me facere cogis &c.* Hunc excipit brevis admonitio de secuturo *Evangelistarum Canone* harmonico, et miniatus Epistolae *Hieronymi ad Carpianum* titulus relicto ad inferendam ipsam Epistolam spatium, quod Canon praedictus et terni rursus Prologi sequuntur. Prioris initium est: *Plures fuisse, qui ewangelia scripserunt &c.* alterius: *Matheus ex iudea sicut in ordine &c.* tertii: *Matheus cum primo predicasset &c.*

Marcus unico Prologo gaudet : *Marcus evangelista dei* &c. Lucae primis IV. versibus instar Prooemii praemissis interfertum est aliud praeloquium hoc principio : *Lucas Syrus nacione* &c. et tum demum Evangelium exorditur : *Fuit in diebus herodis* &c. Johannis Praefatio incipit : *Hic est Johannes evangelista* &c. Epistolarum Paulinarum haec sunt argumenta : Rom. I. *Primum queritur quare* &c. II. *Omnis textus* &c. III. *Romani sunt, qui ex iudeis* &c. IV. *Romani sunt partes* &c. I. Corinth. I. *Epistola prima ad Corinthios* &c. II. *Corinthus metropolis* &c. III. inferius in margine : *Corinthii sunt achaici* &c. II. Corinth. I. *In secunda Epistola* &c. II. *Post actam ab eis* &c. Galat. I. *Galatas post susceptionem* &c. II. *Galatbe sunt greci* &c. Ephes. I. *Deuocionem ephesorum* &c. II. *Ephesij sunt aziani* &c. Philipp. I. *Philippis macedonie* &c. II. *Philippenses sunt macedones* &c. Coloss. I. *Primum colosensibus* &c. II. *Colosenses et hij* &c. Intrusa hic est apocrypha ad *Laodicenses* argumento infra textum adposito : *Laodicenses et hij sunt* &c. I. Thessalonic. I. *Grande fidei testimonium* &c. II. *Thessalonicenses sunt Macedones* &c. Exciso hic folio integro desideratur haec epistola a C. III. v. 4. tota item sequens et I. ad Timotheum usque ad C. I. v. 15. II. Timoth. I. *Inter initia Episcopatus* &c. II. *Item Timotheo scribit* &c. Tit. I. *Breuis numero versuum* &c. II. *Tbitum comonefacit* &c. Philem. *Philemo-*

ni familiares &c. Hebr. *In primis dicendum est* &c. Epistolas Pauli sequuntur *Actus Apostolorum* hoc Prologo : *Lucas antiocensis nacione Syrus* &c. Dein incipit *prologus in VIIem Epistolas Canonicas* his verbis : *Non ita est ordo aput grecos* &c. Argumentum I. Petri infra textum adscriptum sic orditur : *Symon Petrus filius Johannis* &c. II. Petri sic : *Simon petrus per fidem* &c. I. Johan. sic : *Racionem verbi* &c. Locus epistolae hujus de duplici testimonio in textu tantum sic sonat : *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra. spiritus. aqua. et sanguis*, sed coaeva manus in margine dextro adjecit : *et hij tres unum sunt*, in superiori adjecit testimonium coeleste, et in sinistro hoc scholion : *Quidam addunt* : et hij tres vnum sunt ; *sed non est in glossa. Antiqui codices habent et greci et Ambr. primo libro de spiritu sancto capitulo 5°. Augustinus eciam contra maximum libro 3. capitulo 21. II. Johan. argumentum sic incipit : Usque adeo ad sanctam* &c. III. sic : *Gayum pietatis causa* &c. Judae sic : *Judas apostolus frater* &c. Apocalypsis demum tria habet praefamina his initiis : *Johannes apostolus et evangelista* &c. *Omnes qui pie volunt* &c. *Apocalypsis Johannis* &c. Ad calcem adjicitur brevis notitia signorum diacriticorum Librariis familiarium, quae Nostro sunt : *Asteriscus. Obelus. Lunnicus. Antigraphus. Paragrabus. Crippia. Antisma. Antisma cum puncto. Vhietro.* cujus ultimi *ερωμων*, si *Jacobum du Breul* ad .

ad *Isid. Hispal. Orig. L. I. C. XX.* audias, Φ et P est, literae initiales vocis *Φρονησεων*; cum Signum hoc loca obscura ideoque bene perpendenda denotet. Codicem terminat nota illa Vocum hebr. et graec. per Alphabeti feriem interpretatio, et *Registrum super epistolas. et evangelia que continentur in missis per circulum anni.* Margines illius locis parallelis, etiam ex originali textu, et versionibus graec. desuntis, notulis hermeneuticis, et PP. effatis, subductis item versuum rationibus conspersi Librarium aut Possessorem hominem adprime intelligentem et Verbi divini studiosum testantur. **E** *Lelongii Bibl. Sacra* abest.

XIX. VII. *Bibl. 18.*

94 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 449. f. per duas columnas scriptus, librorum initiis deauratis depictisque continet item *Biblia sacra ex vulgata interpretatione*, et quidem ordine sequenti: *Pentateuchum* primo folio mutilum. *Josue. Judices. Ruth. Regum IV. Paralipomenon II. Esdrae I. Nebemiam. Esdrae II.* reipsa III. Librum *Thobiae. Judith. Esther. Job. Machabaeorum II.*

itaque Libros historicos una serie. *Salomonis Parabolas. Ecclesiasten. Cantica. Ecclesiasticum* adnexa *Oratione Salomonis* compilata ex III. *Reg. 8. et Paralip. II. 6. Sapientiam Capp. XX.* diviso in duo C. XVIII. *Isaiam. Jeremiam* cum *Baruch. Ezechielem. Danielem.* XII. *Prophetas minores* hac clausula miniata: *Explicunt prophete. et Incipiunt Libri evangeliorum.*

Omisso itaque *Psalterio* a fol. 323. p. 2. orditur N. T. hac ferie: IV. *Evangelia. Epistolae Pauli XIV. Canonicae Jacobi, Petri, Johannis, Judae. Job. I. c. 5.* testimonium sic legitur: *Sicut in celo tres sunt. pater. et verbum. et spiritus. et tres unum sunt. Quoniam tres sunt qui dant testimonium in terra. sicut aqua et sanguis et spiritus. et hij tres unum sunt.* Sequuntur *Actus Apostolorum* et *Apocalypsis.* Omnes hae Partes aut *Hieronimi Prologis*, aut consuetis illis *Argumentis* sive *Summariis* instructae sunt. Codici a fol. 422. finem imponit exarata per tres columnas Nominum hebr. et graec. Interpretatio hoc rubro: *Interpretationes beati Jeronimi Presbiteri Secundum ordinem Alphabeti*, quibus Librarius ad calcem sic accinuit:

*Cum legis hic lector genibus flexis ego scriptor
Supplex in christo te queso mei memor esto.
Quis fuerit scriptor si vis cognoscere lector.
Nyclus dictus rogo te dic sit benedictus.*

Cum in Evangelio *Job. C. I. pro* bit, ut in *Codicibus* et *Impressis Bohemice* versis hujus aevi, facile
Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat. C ad-